ultra proximas Officii præfati Castrensis Capitanealis
1416 Premysliensis sive etiam Castrensis Capitanealis Belzensis
Terminos dilationes sibi non recipiendo, nullasq Moni-
nes, Appellatione ac earum prosecutiones faciendo, ac præ-
missa omnia Pœnis simplicibus, vel triplicatis Evasioni-
bus, Suspensionibus, fatalis Juris præscriptione
Terrestri, bello Conventioneq ac aliis omnibus Juris re-
mediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio
quovis evadendo. Hac sua præsenti personali Recognitio-
ne ad præmissa omnia mediante.

Kowalkowski Ostrowskiemu Donat.

Ex Copia

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus Ca-
strensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus
Stanislaus Alexander Kowalkowski, olim Generosi Jacobi Ko-
140 walkowski filius de Terra Dobrzynensi et Districtu Rypinensi
sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus
Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus
recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Premysli-
ensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum suc-
cessoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporando atq subiiciendo, palam libere publi-
ce ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua
propria et hæreditaria infrascripta Videlicet totas
et integras Partes suas in Villa Kowalkowa, Terra Do-
brzynensi Districtu vero Rypinensi iacens et consistens
in se Recognoscentem post fata olim Parentis sui
Jure Avitico et naturali Successione devoluta, cum
omni Bonorum eorundem seu Partium memoratarum Ju-
re, Dominio, proprietate, hæreditate tituloq hæredi-
tario, cumq omnibus et singulis Bonorum eorundem
Utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis,
emolumentis, obventionibus, tum agris, pratis, campis,
pascuis pascuariis, sylvis, borris, gaiis nemoribus
indaginibus

in daginibus, rubetis, vepretibus, virgultis, mericis, villagiis, stagnis magnis et parvis, piscinis, piscinulis, fluviis, fluminibus, lacubus, paludibus, rivis, rivulis, torrentibus, aquarum decursibus, molendinis, tabernis, horreis, holodiis, hortis, pomariis, apisteriis apum mellificiis, sepibus, sepimentis, structurisq et aedificiis quibusvis, nec non Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis tam ad praesens in iisdem Bonis seu Sortibus memoratis residentibus, quam alibi profugis degentibus quorum repetendorum infrascripto donatario per se Recognoscentem datur facultas et conceditur, eorumq laboribus, censibus, dationibus, vecturis, muniis, officiisq et obsequiis quibusvis, tum etiam cum Iure Patronatus praesentandorum quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum, attinentiisq et pertinentiis generaliter universis, nullis penitus exceptis, nec pro se Recognoscente suisq Successoribus, aut quopiam alio reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando, verum ita late, longe, circumferentialiterq, prout praefatorum Bonorum seu Sortium memoratarum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protenditur, et prout eadem Bona seu Sortes praedictas ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsumq concernebant, ac eidem legitime serviebant Iam ex nunc et de facto Gnoso Petro de Ostrowy Ostrowski, olim Gnosi Alberti ~~Ostrowski~~ Filio, eiusque Posteris, dedit donavit, inscripsit et resignavit, prout dat donat, ac titulo puro, mero, et irrevocabilis donationis, inscribit et resignat perpetuo, et in Suum 1717.

1718 irrevocabiliterq. In quæ quidem Bona suprascripta, seu Sortes memoratas, præsentibus per se Recognoscentem datas et donatas, idem suprascriptus Recognoscens Generosus Stanislaus Alexander Kowalkowski, præfato Generoso Petro de Ostrowy Ostrowski Donatario suo et ipsius Posteris, tam ex nunc et de facto coram Officio præsenti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamq Possessionem, per Ministerialem quemuis Generalem et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose acceptari. Per ipsum Generosum Ostrowski Donatarium suum, sive eius Posteros, hæc eadem Bona, seu Sortes prædictas præsentibus donatas et resignatas, cum omni præmissorum Iure, Dominio, proprietate, competentiaq et prærogatiua quauis tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice vtifruendi, ac ad suos, suorumq Successorum quosuis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter conuertendi perpetuis et aeternis temporibus. Debet et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus Kowalkowski, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis, suprascripto Generoso Ostrowski Donatario suo, eiusq Successoribus inscribit et obligat præsentibus, ipsum et ipsius Successores in dictis Bonis seu Sortibus memoratis, præsentibus donatis et resignatis, et ratione eorundem omnium, ab omni et qualisimpetitione iuridica, quarumcunque personarum cuiuscunq Conditionis Status et Sexus cuiusuis existentium exonerando et euincendo, per omnes præscriptione Terrestres prout ad quamlibet.

personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio 1719
in omni Iudicio et Officio Regni, semper toties quoties
opus fuerit tueri, defendere, evincere, ac intercedere
re indemnemque cum Posteris reddere. Nec non Bona
praefata seu sortes memoratas praesentibus dona-
tas et resignatas, ab omnibus in genere Iuribus et
Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem
Bona seu sortes praedictas praesentibus per se Reco-
gnoscentem donatas et resignatas, cuicunque persona-
rum modo quovis factis et faciendis, tum etiam
a quibusvis Citationibus super eadem Bona prae-
missaque omnia praesentibus resignata importatis et
importandis, Lucris denique et Perlucris Processibusque
Iuris quibusvis in quovis puncto et gradu Iuris
dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus prae-
sentibus resignatis modo quovis perductis et per-
ducendis emundare et eliberare, mundaque semper et
libere facere et reddere, ac etiam Intromissionem prae-
fatam coram Officio praesenti admissam in fundo Bo-
norum praefatorum seu sortium memoratarum praesens
resignatarum dum per Ministeriales et Nobiles
duos officiose requiretur non denegare, impediet
et tenebitur eandem libere dare et effectualiter ad-
mittere, dataque et admissa eadem Possessionem
et Usumfructum praemissorum omnium et singulorum
quovis modo tam per se, quam per suas quas-
vis subnixas et subordinatas personas non im-
pedire nec adimere, ipsumque Generosum Donatarium

1720 suum et ipsius Successores in dictis Bonis seu Sortibus memoratis praesentibus resignatis praemissisque omnibus tam in toto quam in parte nullo modo inquietari, ita ut h[a]ec eadem Bona seu Sortes praedictas praemissaque omnia per praesentes donata et resignata cum Universis eorum utilitatibus et proventibus, is idem suprascriptus Gnosus Donatarius suus suisque cum Posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donatariae Vigore tenere habere et possidere queat illisque uti frui possit perpetuis et aeternis temporibus. Sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Gnosum Alexandrum Stanislaum Kowallowski aut eius Posteros praenominato Gnoso Petro Ostrowski Donatario suo sive eius Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxatis et edictis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Stanislaus Alexander Kowallowski aut eius Successores ad instantiam supradicti Gnosi Petri de Ostrowy Ostrowski Donatarii sui aut eius Posterorum ad Officium Castrense Capitaneale Bobrownicense, sive etiam praesens Castrense Capitaneale Premysliense, ad quod prius ex ipsis Citabitur ex nunc vel ex post suprascripto, quo ad respondendum

spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Damna prefata Terrestria simpliciter taxata lucre Inscriptioni presenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat presentibus illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequenter Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusuis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem et terra ultra proximos Officii prefati Castrensis Capitaneali Dobromiliensis sive etiam Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo nullasq Motiones Appellationes ac eorum prosecutiones faciendo, ac promissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quasteribus Suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua presenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 1721.

Feria secunda ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo 22/VI

Kulczycki Puttyatyckiemu obligat